

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas d
cum fonte primo

Iusticia

Dei est aliquando ut sanus sis, aliquando ut egrotas. Si quando sanus es, dulcis est uoluntas Dei; et quando egrotas, amara est uoluntas Dei. Non recto corde es. Quare? Quia non uis dirigere uoluntatem tuam ad uoluntatem Dei, sed Dei uis curuare ad tuam. Illa recta est, sed tu curuus. Voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curuanda est ad te, et rectum habebis cor.

Augustinus super Psalmum XXXV.

Voluntas

Dei est aliquando ut sanus sis, aliquando ut aegrotas; si quando sanus es, dulcis est uoluntas Dei, et quando aegrotas, amara est uoluntas Dei. Non recto corde es. Quare? Quia non uis uoluntatem tuam dirigere ad uoluntatem Dei, sed Dei uis curuare ad tuam. Illa recta est, sed tu curuus; uoluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curuanda est ad te, et rectum habebis cor.

Augustinus Hipponensis, *Ennarationes in Psalmos*, 35, 16 (CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.334, ll.4-10).